BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

desideria erroris. Renovamini autem
spiritu mentis vestre et induite novum
hominem qui secundum deum crea-
tus est in iusticia et sanctitate veritatis
Propter quod deponentes mendacium
loquimini veritatem unusquisque cum pro-
ximo suo. quoniam sumus invicem mem-
bra. Irascimini et nolite peccare. Sol
non occidat super iracundiam vestram
Nolite locum dare dyabolo. Qui fura-
batur iam non furetur. magis autem
laboret operando manibus suis quod
bonum est. ut habeat unde tribuat ne-
cessitatem patienti. Omnis sermo
malus ex ore vestro non procedat. sed si quis
bonus est ad edificationem fidei. ut det
graciam audientibus. Et nolite con-
tristare spiritum sanctum dei in quo si-
gnati estis in die redempcionis. Om-
nis amaritudo et ira et indignatio et
clamor et blasphemia tollatur a vo-
bis cum omni malicia. Estote autem
invicem benigni misericordes. donan-
tes invicem sicut et deus in cristo
donavit et vobis. V
Estote imitatores dei sicut fi-
lii karissimi. et ambulate in di-
leccione. sicut et cristus dilexit
nos et tradidit semet ipsum pro nobis
in oblacionem et hostiam deo in odorem
suavitatis. Fornicatio autem et omnis
inmundicia. aut avaricia non nominetur
in vobis. sicut decet sanctos. aut tur-
pitudo. aut stultiloquium. aut scurri-
litas que ad rem non pertinet. sed magis
graciarum actio. Hoc autem scitote intel-
ligentes quod omnis fornicator aut

inpudicus. aut inmundus. aut ava-
rus quod est ydolorum servitus non
habet hereditatem in regno cristi et dei.
Nemo vos seducat inanibus verbis
Propter hoc enim venit ira dei in fi-
lios diffidentie. Nolite ergo effici con-
participes eorum. Eratis enim aliquando
tenebre. nunc autem lux in domino
ut filii lucis ambulate. Fructus autem
lucis est in omni bonitate. et iusticia
et sanctitate et veritate. probantes
quid sit beneplacitum deo. et nolite com-
municare operibus infructuosis tene-
brarum. magis autem redarguite. Que
enim in occulto fiunt ab ipsis turpe
est et dicere. Omnia autem que argu-
untur a lumine manifestantur. omne
enim quod manifestatur lumen est. Propter
quod dicit. Surge qui dormis et ex-
surge a mortuis et illuminabit te cristus.
Videte itaque fratres quomodo caute
ambuletis. non quasi insipientes
sed quasi sapientes. redi-
mentes tempus quoniam dies ma-
li sunt. Propterea nolite fieri ~~insipi-
entes~~ inprudentes. sed intelligen-
tes que sit voluntas dei. et nolite
inebriari vino. in quo est luxuria
sed impleamini spiritu sancto. Loquen-
tes vobismet ipsis in psalmis et ym-
nis et canticis spiritualibus cantantes
et psallentes in cordibus vestris
domino gratias agentes semper
pro omnibus in nomine domini nostri
ihesu cristi. deo et patri subiecti in-
vicem in timore cristi. Mulieres
viris suis subdite sint sicut domino